

Kościan, [19 czerwca 1414]<sup>1</sup>

Król Władysław [Jagiello] po otrzymaniu listów burgrabiego norymberskiego i namiestnika Brandenburgii [z ramienia Zygmunta Luksemburskiego] Fryderyka [Hohenzollerna] odpowiada mu [bardzo obszernie uskarżając się] na wrogie stosunki z zakonem krzyżackim, który ciągle szkodzi jego poddanym i grozi wojną. Nie pomogły próby mediacji króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta [Luksemburskiego] oraz działalność wyznaczonego przezeń subarbitra Benedykta Makraia, które były sabotowane przez krzyżaków. Nic nie dało także osobiste spotkanie króla z obecnym wielkim mistrzem zakonu krzyżackiego [Michałem Kuchmeisterem]. Krzyżacy nadal okazują królowi wrogość i ten z trudem powstrzymuje się od wypowiedzenia Zakonowi wojny. Podkreśla, że okazał Zakonowi swoją wspaniałomyślność po zakończonym zwycięstwem poprzednim konflikcie [tj. wojnie z lat 1409–1411], kiedy wielu poddanych krzyżackich złożyło mu hołd. Krzyżacy tymczasem nadal nie odbudowali zamku w Złotorii, król domaga się także zburzenia ich zamku w Nieszawie, który znajduje się w jego ziemi kujawskiej. Informuje adresata, że krzyżacki wójt nowomarchijski [Sander von Machwitz] zagarnął drzewo należące do jego poddanych, wojewody kaliskiego Macieja [z Wąsoszy i Ujścia], sędziego poznańskiego Mikołaja [z Czarnkowa] oraz mieszczan obornickich i przeznaczył na własny użytek. Prosi [Fryderyka], aby nie przepuszczał przez swoje władztwa zbrojnych, których krzyżacy gromadzą na wojnę [z Polską]. Uskarża się na komandora joannitów z Łagowa, który obrabował mieszczan kościańskich.

**Oryg.:** GSPK, XX. HA, OBA, nr 2085, pap., lac., wym. 445 × 290 mm, zaplamienia i przetarcia, in dorso ślad po zamykającej list pieczęci wystawcy w czerwonym wosku (wosk przez papier, wnioskując z wymiarów chodzi tu o pieczęć Władysława Jagielly o śr. 28 mm; zob. GumowskiPieczęcie, s. 14, 15, nr 16; Pieczęcie, s. 14; HlebionekKatalog, s. 105, 106), kustodiii i papierowego paska zabezpieczającego pieczęć brak, stare sygnatury, nowożytna notatka o treści i dacie dziennej listu w j. lac., prostokątna pieczęć archiwum królewieckiego.  
**Reg.:** RHD 1/1, nr 2085.

Adres [in dorso]: <sup>a</sup>Magnifico et preclaro principi domino Friderico burgrabio | Nurembergensi, Marchie Brandenburgensi provisorii et gubernatori<sup>2</sup>, illustri fratri nostro carissimo.

<sup>b</sup>Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lythwanieque p [sic] | princeps supremus et heres Russye etc.

<sup>c</sup>Magnifice et preclare princeps illustris, frater noster carissime! Litteras vestras nostrarum, quas vobis noviter direximus litterarum responsales sane percepimus. In quibus preter alia in ipsis continencia vehementer fraternitas vestra dolere se perhibet, | quod inter nos et Cruciferos de Prussia post tot labores, tot placita, tot fatigas et expensas nullus finis optate concordie est secutus, et si quid in hiis posset vestra fraternitas, ut Christiani populli tollerentur excidia et humani | sanqwinis cessarent profluvia, que animus vester fastidit iugiter et abhorret, vellet omnem conatum non parcendo laboribus et expensis adhibere et nostram proinde adire maiestatem. Revera frater carissime ingens dolor | nostra traiecit precordia, quod cum predictis Cruciferis dulcis concordie auspicia, cui tante diligencie operam prestitimus minime consequi potuimus, quod ab ipsis nobis nunquam sperabamus invenire, ex quo semper nos omni equalitati et justicie subiecimus. Nam inter omnia nobis odiosa dissensiones et prelia, que Christiane fidei multa paruerint detrimenta aspernamur, que autem et qualia nobis irrogarunt dispendia et cum quanta ea maswetudine pertulimus longo sermonis scemate

non possent exarari, sed ut ex multis fraternitas vestra aliqua eorum percipiat attendite, quomodo postquam gravissimis iniuriis, offensis et molestiis, pro quibus nullum ullo tempore sortiri potuimus equitatem, ad prelium contra ipsos coacti sumus descendere et terras, castra et bona ipsorum nostre subegimus potestati, tandem non vi, aut metu compulsi, sed mere liberalitatis clemencia amoniti, et ut Salvatori nostro in eo fecissemus placabilem famulatum et cum ipsis Cruciferis perfectam missemus concordiam perpetuo duraturam, omnia ipsis restituimus et captivos omnes et singulos, quos in nostre captivitatis mancipiis habuimus, et a quibus potuissemus infinitas exigere pecunias, per quas nostra habundassent eraria, restituimus libertati, et tanta firmitate unionem pacis et concordie cum ipsis confecimus, ~~sed~~ que nullis temporibus sperabatur violari, quam ipsi nunquam servare inceperunt. Nam continuo et nulla mora interiecta post concordiam inter nos factam ausi sunt, nos et nostros subditos multis variis et ineffabilibus dampnis, iniuriis et displicenciis conturbare, quorum sigillatim seriem exprimere longam deliberacionem requirerent, que pro brevitate succidimus, hec autem cum non possemus amplius dissimulare, propter continuas et instantes principum, prelatorum, comitum, baronum nostrorum et tocius Regni milicie moniciones correptivas, quas tocians auribus nostris inculcarunt. Iterum contra eos voluimus insurgere et pacem bellando invenire, quod tandem serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Vngarie regis etc.<sup>3</sup>, fratris nostris carissimi, convicti instanciis distulimus, et ut cum ipsis pacem solidam potuissemus contrahere, principibus, prelatis, comitibus etc. nostris fere nobis omnibus renitentibus pro husiusmodi iniuriis, dampnis, offensis, compromisimus cum ipsis de alto et basso in dominum Sigismundum regem etc. predictum, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem promittentes, sub censuris et obligacionibus per ipsum dominum Sigismundum apponendis, omnia lata, pronuncciata, pronucciata [s], arbitrata per ipsum et decreta inviolabiliter observare. Agente autem prefato domino Sigismundo in Sacri Romani Imperii negociis, quod inevitabilis exigebat neccesitas, et ad nostra sibi prestabamus consilia, dum non posset causam et causas inter nos huiusmodi personaliter et per se tracticare, venerabilem magistrum Benedictum de Macra, utriusque juris doctorem<sup>4</sup>, virum magne providencie, nobis hincinde delegavit, et in causa predicta subarbitrum et iudicem cum plena potestate deputavit. Predictus autem magister Benedictus, ut rem subiciens oculis melius et tucius examen et processum iudiciis observaret, venit ad partes nostras subarbitraria fulcitus potestate, quem nos, ut decuit, reverenter suscepimus et omnibus ipsius mandatis, decretis, sentenciis et processibus parruimus, et prout et quantum nobis expediebat jura, probaciones et documenta neccesaria pro hiis, pro quibus ipsis monimus accionem, et presertim pro terris Pomeranie, Culmensis etc., quas coram vobis asserunt in terminis placitorum, nos ab ipsis exigisse sufficienter induximus. Ipsi autem pertinaci superbia, cui semper inmenti consweverunt, prefati magistri Benedicti mandatis, monicionibus, sentenciis, censuris et processibus parere contempserunt, prefati domini Sigismundi regis etc. in contemptum, et proinde adversum nos animati<sup>d</sup> dum sentirent ipsum dominum Sigismundum regem etc., tam procul a propriis edibus elongatum multis variis et exquisitis austeritatibus, dampnis et obrobriis subditos nostros laccessire, inceperunt mercatores depredari<sup>e</sup>, et quod multis clare constat feminas, que coniuges suos ad ipsorum terras in negociacionibus agentes sequebantur, simul et alias, quecunque terras ipsorum peregrinacionis causa vel alia legitima, swadente et iubente, intraverunt nequiter pudori meretricali sub actas ad extremum perimere horruerunt, quod Scite et gentes, que non noverunt Deum facere abhorrerent. Quid plura terras nostras et nostrorum cum velis et bannariis extensis dampna et depopulaciones perpetrando ausi sunt pergirare. Nos autem quamvis cottidianis querelis nostrorum subditorum et tocius consulatus nostris instanciis pulsaremur, ut ad vindictam eorum surgeremus, nunquam ipsorum perswasionibus voluimus consentire, metuentes ne prefatus dominus Sigismundus in prosecucione suorum negociorum aliququaliter potuisset impediri, cum ipsius successos prosperos non minus novit Deus, quam

proprius deligimus et adversos quos auferat Altissimus  $\{asp\}$  deplangivimus, porro ut cognoverunt tante temeritatis pertinaciam ad audieciam  $[s]$  domini Sigismundi regis etc. pervenisse, fortasse penas vallatas per ipsum dominum Sigismundum etc. occurre formidantes, vel alia occasione recepta et colore subtili ingenio hec volentes evadere, magistrum ipsorum Ordinis generalem<sup>5</sup> destituerunt, non ipsorum, sed ipsius dumtaxat vicio hec dampna, iniurias, spolia  $\langle et^f \rangle$  depopullaciones fuisse perpetrata, asserentes, sed constat nichil ipsum egisse, nisi de ipsorum comuni voluntate. Nam adversum nos nunquam habuisset audaciam prorumpendi, nisi castris, fortaliciis, auxiliis et consiliis ipsorum fulciretur, et quamvis fateri videantur dampna, iniurias, etc.  $\langle nobis^g \rangle$  irrogasse, sicut hec magistri prefati destitucio et ipsorum protestatur confessio, nullam tamen nobis pro ipsis facere advertunt recompensam, quin ymmo nobis non cessant insultare et extrema dispendia machinare. Post hec dum causa inter nos pro premissis iniuriis, dampnis, terris etc., aput ipsum dominum Sigismundum duobus annis, vel quasi, manent indecisa, cum tam salubris negociis misterio occupatus decisioni ipsius non valeret interesse, volentes maiestati sue labores et animi turbaciones, que proinde creditur sustinere amputari et ad pacis pulcritudinem, quam omnibus opibus reputamus cariorem cum devocione et manswetudine pia aspirare barones<sup>h</sup> consulatum, tam ipsorum, quam nostre parcium ad tractandum, ea que pacis sunt in certo loco possimus, et demum cum non possent tractando in unum convenire. Iterum cum magistro ipsorum generali moderno<sup>6</sup> personaliter convenimus, credentes ipsum posse personali colloquio ad amplexum equitatis invitare, sed quid per tanta studia profecerimus, prioribus nostris litteris fratenitati vestre monstravimus, nec expedit amplius ipsa vobis replicare. Ecce frater carissime post tot incomoda et dispendia, que nobis intulerunt ad gwerras et prelia nos invitant, et de diversis mundi patriis et provinciis contra nos et Regnum nostrum armatarum gentes plurimas conduxerunt et conducunt incessanter, et ut de nobis principes Christiani suspicarentur et contra nos occasionem bellandi habere dicentur, imponunt nobis convicia, que nunquam comisimus, prout et in litteris suis, quarum copia fraternitas vestra nobis misit, litteris vestris interclusam, de nobis coram vestra sinceritate querulantur, astruentes nos ab ipsis terras Pomeranie, Culmensis et Michalouiensis, Samagittarum et cum aliis contingenciis et connexis in convencione, quam inter se consulatus habuerunt, exquisisse cetera silencio pretereundo, videlicet quomodo in ipsa convencione, in qua nos omni equalitati volumus subicere, ad aliud se noluerunt exhibere, nisi ad compensacionem dampnorum mutuan, ut que pars alteri maiora intulisset, ipsa compensacione facta refundisset. Nos autem nulla dampna ipsis intulimus, et si que sunt, minima sunt, nec dampnorum merentur obtinere racionem, cum ipsa in vim defensionis et prope tutele fecisse nos aportent. Verum quid inficiari non possumus, quam barones consilii nostri in predicta convencione terras predictas Pomeranie, Culmensis etc., pro quibus coram prefato magistro Benedicto sufficientes probaciones induximus, postulabant, sed ut hec ad nostram pervenerunt noticiam, continuo cum magistro predicto personaliter convenimus, ubi pacem servientes amplexari omnibus terris et aliis predictis, que in probacionibus nostris coram predicto magistro Benedicto deduximus, obmissis iusta intencionem et quoddam conceptum domini Sigismundi regis predicti, quod adhuc in Regno Vngarie agens conceperat optavimus, ut castrum Zlotoria<sup>7</sup>, quod in dedecus nostrum per ipsos est tam turpiter acsi predonum confugium extitit demolitum, novis muris erigerent et structuris reformarent. Similiter et castrum Nyeschowa<sup>8</sup> in terra nostra Cuyaiensi situm, de quo predocinia, spolia et multa incomoda subditis et Regno nostro irrogantur, et ipsius occasione sepe et sepius inter Regnum et Ordinem multa mala sunt suborta, ab ipso magistro et Ordine demolliri petivimus, vel nostre subici dicioni,  $\{ipse\}$  autem magister hec omnia repudians $\}$  et dampna principibus nostris et nobis adherentibus per ipsos irrogata resortiri. Ipse autem magister oblacione nostra, tam debita et convenienti, repudiata, compensacionem dampnorum hincinde factorum proponebat et terram Samagittarum, quam nobis  $\langle ad^i \rangle$  tempora vite nostre et preclari principis

domini Allexandri alias Wytowdi ducis Lythwanie, fratris nostris carissimi, possidemus, nobis offerebat, sed que nostrorum dampnorum et ipsorum conveniencia, cum nos nullis pro dampnis per eos potuerimus incusari ex rationibus, quas in precedentibus [litteris<sup>l</sup>] monstravimus, et sic tam hec postrema et personalis convencio, quam prima consulatuum utriusque nostrum, pro qua nos dum in remotis Lythwanie partibus ageremus prefati Cruciferi multis instanciis per suos solempnes nuncios rogaverunt, nullum finem ipsorum swadente pertinacia sunt ~~secute~~ sortite, que omnia egerunt, ut gwerras quas nobis [in dorso] dudum movere sitiverunt, moverent in effectum, prout iam nos ad ipsas provocando aquis libenter vellemus supportari, dampna nobis audent plurima irrogare. Nupper enim advocatus ipsorum Nove Marchie<sup>9</sup>, ex certa Ordinis et magistri generalis sciencia, struges lignorum infra fretantes magnifico Mathie palatino Calisiensi<sup>10</sup> et strenuo Nicolao judici Poznaniensi<sup>11</sup> et civibus de Oborniky<sup>12</sup> in valore octingentarum marcarum, aut ultra, recepit violenter et suis usibus usurpavit, et per quoque alia incentiva ad bella nos non cessant provocare. Immo cottidie insultis ipsorum expectamus, cum tam armis, quam stipendiariis et omnibus belli necessariis contra nos se armaverunt, quamobrem fraternitas vestra placeat homines vestros et quoslibet alios extraneos per terras principatus et dominia vestra contra nos ad servicia Cruciferorum prohibere se transferre et idipsum nos informare per vestras litteras vel nuncios, si ipsis transitum huiusmodi duxeritis prohibendum vel aliud faciendum, prout hoc ipsum dudum a vestra ~~recepimus caritate~~ optavimus caritate, eius nondum a vobis receperimus responsivam. Etenim prefatus dominus Sigismundus, frater noster carissimus, suis nos informavit intimatis, quomodo fraternitati vestre perswasisset, ut fraterne caritatis federa, que cum ipso contraximus sinceriter attendentes, quoscunque (homines<sup>k</sup>), insidias et insultus, vel quascunque inimicias nobis sentiretis parare, quibus(cunque<sup>l</sup>) possetis viis ipsos ab huiusmodi proposito deberetis revocare et per terras et dominia vestra adversum nos transire volentes iter precludere et transeundi adimere facultatem, quod vestra fraternitas petimus non differat effectui mancipare. Addicitis eciam in litteris vestris predictis, quomodo ad confectionem tam salubris operis, ut pacis inter nos et Cruciferos beneficium habundaret et sublatis dissensionibus grata unionis concordia foveretur non pigeret vos nostram adire presenciam subfatigatis laboribus et expensis, si quid possetis pro bono pacis et quietis ~~omnis subire~~ operari. Revera frater carissime non solum hec vestro ministerio cuius personam dudum desideratissima affeccione cognoscere cupimus, sed cuiuscunque alterius obsequio id fieri deposcimus, et ob hec ultra solitum et tempore longiori in partibus Maioris Polonie apropinquo vestris dominiis distantibus morabamur, exspectantes de vestro adventu aliquas intimatas. Nunc autem ad partes Regni nostris longiores velociter properare nos oportet, quo nos sequi foret vobis onerosum, ymmo et inconveniens, quo pergimus maturare, hiis et aliis rationibus diswadentes, quas hic ponere non oportet. Ceterum de statu et successibus prefati domini Sigismundi regis etc., fratris nostri carissimi, quorum dulcis relacio exhilarat mentem nostram, si que sentitis utinam votiva et prospera, fraterne nos de eis velitis informare pro consolacione et gaudio cordis nostri speciali. Preterea frater carissime nupper comendator Lagouienis<sup>13</sup> mercatores nostros de Costan<sup>14</sup> cum ipsorum rebus et mercibus in negociacionibus agentes, de omnibus que secum habuerunt spoliavit, quorum restitutione fraternitas vestra interponere partes vestras contemplacionis nostre intuitu non pigrescat. Datum in Costan feria tertia proxima ante festum sancti Johannis Baptiste.

Ad relacionem venerabilis domini Donyi Sedis Apostolice prothonotarii, Regni Polonie vicecancellarii<sup>15</sup>.

<sup>a</sup> Inicjal wysokości ok. 9 wersów.

<sup>b</sup> Inicjal wysokości ok. 1,5 wersu.

<sup>c</sup> Inicjal wysokości ok. 12 wersów.

<sup>d</sup> Odczyt niepewny.

<sup>e</sup> Po tym wyrazie następuje nadpisany nad wersem bez znaku wstawienia silnie skrócony i nieczytelny krótki tekst, składający się z jednego lub dwóch wyrazów.

<sup>f</sup> Nadpisane nad wersem bez znaku wstawienia.

<sup>g</sup> Nadpisane nad wersem ze znakiem wstawienia.

<sup>h</sup> Wyraz napisany na razurze, wyraz wyrazurowny nieczytelny poza końcowym minuskułnym s.

<sup>i</sup> Nadpisane nad wersem ze znakiem wstawienia.

<sup>j</sup> Brak oryg., uzupełnione.

<sup>k</sup> Nadpisane nad wersem bez znaku wstawienia.

<sup>l</sup> Nadpisane nad wersem ze znakiem wstawienia.

<sup>1</sup> Data roczna zob. RHD 1/1, nr 2085, nie budzi wątpliwości wzięwszy pod uwagę treść źródła.

<sup>2</sup> Fryderyk I (VI) Hohenzollern, burgrabia norymberski od 1397, namiestnik Brandenburgii z ramienia Zygmunta Luksemburskiego od 1411, margrabia brandenburski od 1415, 1417 uzyskał tytuł elektora, zm. 1440 (W. Ribbe, Friedrich VI. (I.), w: *Lexikon des Mittelalters*, Bd. 4, Stuttgart–Weimar 1999, kol. 947, 948).

<sup>3</sup> Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

<sup>4</sup> Benedykt Makrai z Csúcs, student uniwersytetu praskiego 1383–1387, magister sztuk tamże, następnie na uniwersytecie wiedeńskim, paryskim i padewskim, licencjat obojga praw, od 1408 w służbie Zygmunta Luksemburskiego, 1412–1414 wyznaczony przez Zygmunta Luksemburskiego subarbiter w polsko–krzyżackim procesie polubownym, świecki gubernator biskupstwa egerskiego 1420–1421 (W. Sieradzan, *Misja Benedykta Makraia w latach 1412–1413. Z dziejów pokojowych metod rozwiązywania konfliktów między państwowych w Europie Środkowo–Wschodniej w późnym średniowieczu*, Malbork 2009, s. 21–31).

<sup>5</sup> Henryk von Plauen, komtur nieszawski 1402–1407, komtur świecki 1407–1410, wielki mistrz zakonu krzyżackiego 1410–1413, komtur pokrzywieński 1413–1414, prokurator w Lochstädt (Pawłowie) 1429, zm. 1429 (Hochmeister, s. 114–117; Jähnig, s. 289, 307, 309; Heckmann, s. 151, 319, 350, 410, 462, 575).

<sup>6</sup> Michał Küchmeister von Sternberg, wójt Nowej Marchii 1410, wielki marszałek 1411–1414, wielki mistrz 1414–1422, komtur gniewski 1422, zm. 1423 (W. Nöbel, *Michael Küchmeister. Hochmeister des Deutschen Ordens 1414–1422*, Marburg 1969; Hochmeister, s. 119–121; Jähnig, s. 290, 292, 303, 318; Heckmann, s. 152, 210, 396, 405, 555).

<sup>7</sup> Złotoria, wieś, gmina Lubicz, powiat toruński, woj. kujawsko-pomorskie.

<sup>8</sup> Mała Nieszawka, wieś, gmina Wielka Nieszawka, powiat toruński, woj. kujawsko-pomorskie.

<sup>9</sup> Sander von Machwitz, komtur domowy elbląski 1412, wójt nowomarchijski 1413–1420, komtur domowy bałgijski po 1420 (Jähnig, s. 319; Heckmann, s. 232, 396, 561).

<sup>10</sup> Maciej z Wąsoszy i Ujścia h. Pałuka, podkomorzy kaliski 1384–1400, sędzia kaliski 1400–1406, wojewoda kaliski 1406–1423, starosta nakielski 1410 (PSB 19, s. 41; UW, s. 117, 122, 168, 201).

<sup>11</sup> Mikołaj z Czarnkowa h. Nałęcz, podczaszy kaliski 1396–1401, sędzia poznański 1401–1414, (WSB, s. 127, 128; UW, s. 182, 115, 152).

<sup>12</sup> Oborniki, miasto, gmina loco, powiat obornicki, woj. wielkopolskie.

<sup>13</sup> Tj. komandor komandorii joannitów w Łagowie w Nowej Marchii, obsada urzędu dla roku 1414 nie jest jednak znana (Ch. Gahlbeck, *Lagow (Łagów)*, *Brandenburgisches Klosterbuch. Handbuch der Klöster, Stifte und Kommenden bis zur Mitte des 16. Jahrhunderts*, hrsg. v. H.D. Heinemann, K. Neitmann, W. Schich i in., Bd. 2, 2010, s. 736; K. Wasilkiewicz, *Zarys dziejów komandorii joannitów w Łagowie do czasów reformacji*, *Studia Europeana Gnesnensia*, t. 10, 2014, s. 265, 266).

<sup>14</sup> Kościan, miasto, gmina loco, powiat kościański, woj. wielkopolskie.

<sup>15</sup> Donin ze Skrzyńska i Wistki h. Łabędź, pisarz królewski od 1404, sekretarz królewski 1410–1412, podkanclerzy Królestwa Polskiego 1412–1418, prałat i kanonik licznych kapituł (PSB 5, s. 471, 472; UC, s. 51, 106, 203; *Sułkowska Dokumenty*, s. 209, 210; *Krzyżaniakowa Kancelaria*, s. 63–68; M. Czyżak, *Kapituła katedralna w Gnieźnie w świetle metryki z lat 1408–1448*, Poznań 2003, s. 323–324).